

CLASSIS SEXTA. ATTENUANTUM.

ATTENUANTIA dicuntur illa, quæ fluidorum nimiam tenacitatem tollunt. Locum habent, ubi signa docent æquabilem humorum per vaſa motum omnimum lentorem in toto, vel in parte, impediri. Lafitudines spontaneæ, dolores inflammatorii, acuti, vel & alii obtusiores, hæc indicant; licet ex his alia in acutis, in lentiſ alia, feligere medicus debeat, tum & pro genio materiæ attenuandæ diversa.

I. ABSTERSIVA, RESOLVENTIA.

BARDANA *Off. ARCTIUM* *Botanicorum.* Clafis Naturalis Compositarum Capitatarum. *Germ.* Kletten-Kraut. *Anglis* Burdock.

Arctium DIOSCORIDIS, radices, & ſemina officinis exhibet. Radices lene aroma, amarum, refolvens, aperiens, habent, abſtymulo, ut in acutis ab metu adhiberi poſſint, *HALLER*; in cerevifia cocta arthritidem ſuperavit, *FORESTUS*, ad luem venereum, & mercurii in corpore delitescentis ægritudines, arcana habetur: In decocto ab uncia ſemis, ad unam, radicis doſis eſt. Seminis amariſſimi, diuretici, drachma: uncia ſemis in emulſis: drachma ſemis, una, in pulvere: in nephritide in aqua laudatur. Folia recepta non ſunt, tamen in lacte cocta externe ad arthritidem valere *ETTMULLER*. Succus recens preſlius, detacatus, diureticus; doſis unciae unius, bis ter de die.

CICHO-

CICHORIUM *vide P. I. p. 18. 19.*

CICUTA *vide venena.*

ENDIVIA *vide P. I. p. 19.*

FUMARIA *Off. Botanicorum. Classis Naturalis Leguminosarum. Germ. Erd-rauch. Anglis Fumitory. Gallis Fume-terre.*

Fumariae pericarpis monospermis, herba, amarissima, solvens, sanguinem depurans, **HOFFMANN**, obstructionibus, i^ctero utilis, **RIVERIUS**, pruritui, **SM^EON PAULI**, lepræ Fr. **HOFFMANN**, scorbuto, arthritidi **LINNÆUS**. Datur in cerevisia pinta, manipulus unus, duo: vel in conserva, extracto, dosi drachmæ semis, unius: Etiam *syrupus, effentia*, prostant.

HIERACIUM.

LACTUCA *vide P. I. p. 19.*

MANNA *vide Purgantia.*

MEL *vide antidota.*

SACCHARUM.

SAPONARIA *Off. Botanicorum. Classis Naturalis Diplosantherarum. Germ. Seiffen-kraut. Anglis Soapwort. Gallis Saponaire.*

Saponaria foliis trinerviis, floribus umbellatis, effacaciter abstergit, coagula bilis, viicerum abdominalium infartus resolvit, etiam i^ctericis, & scorbuticis proficia, tum purulentis utilis: An debellat luem venereum? Semen ad epilepsiam laudat **HOFFMANN**. In lib. IV. aquæ manipulum untum viridis plantæ, incoquit **SEPTALIUS** cum passulis, pro potu: pro lavamento vel fomento manipulum unum in libra una: semen dosis gran. quindecim, viginti, triginta.

contra Epilepsiam laudat. quam

SCORZONERA vide P. I. p. 26. 27.

SEDUM MINUS Off. *Botanicorum*. Clasis Naturalis *Diplosantherarum*. Germ. *Mauer-pfeffer*. Anglis *Wall-Pepper*. Gallis *Tete de Souris*.

Sedum foliis subovatis, adnato - sessilibus, alternis, racemo triplici, acre, alcalinum, **BURGHARD**. Succus ejus, æquali quantitatib; spiritus vini rectificati commixtus, coagulum album constituit, volatile, facie cosmeticum non utile, **IDEM**. *Satyr. Silesiac.* Flore albo multum contra cancrum, ubi etiam inutilis cicuta fuit, extollit ex observatione **QUESNAY**, atque id ipsum est *sedum minus*, teretifolium, album, C. B. non sedum parvum, acre, flore luteo I. B.

SEDUM MAJUS seu SEMPERVIVUM Off. *Botanicorum*. Clasis Naturalis *Diplosantherarum*. Germ. *Hauswurzel*. Gallis *Joubarbe*. Anglis *Great Houseleck*.

Sempervivum foliis radicalibus carnosis, caulinis imbricatis, corymbo racemofo, reflexo: acido-austerum, etiam acre, aphthis utile, ad alvi profluvia, maxime putrida, insigne, externe ambusta coercet, & refrigerat, ulcera calida temperat, laxa curat.

SONCHUS Off. *Botanicorum*. Clasis Naturalis *Compositarum Semiflosculofarum*. Germ. *Glatt-Leber-Distel*. Anglis *Sow-thistle*. Gallis *Palais de Lievre*.

Sonchus foliis lævibus, & teneris, calycibus glabris, ut tota tribus, succulentus, saponaceus, amarus, viscerum obstructionibus, ictero utilis, etiam cichoreo præfertur **SYLVATICO**. Succus in pleuride salutaris, **BOCCONE**.

TARAXACON.

TRAGOPOGON. vide P. I. p. 27. 28.

SAPO-

S A P O N E S

BILIS ANIMALIUM, *lucii piscis, anguillarum, tauri &c. adeo magni usus in glutinoso spontaneo L. B. van SWIETEN.*

LAPIS PORCINUS, PEDRA del PORCO Off.
Forte bili suam efficaciam æque, ac originem debet.
L. B. van SWIETEN. Vix magnæ laudis capax, bili animalium non præferendus.

SAPO VENETUS, vide antidota.

SAPO HISPANICUS seu ALICANTHINUS,
qui drachmæ semis pondere in drachmis tribus lactis coctus, triginta diebus ante epilepsiae insultum haustus, dirum hunc morbum sustulit.

SAPONES alii medici. *vide* antidota.

GUMMI AROMATICA

GUMMI AMMONIACUM.

BDELIUM.

GALBANUM.

OPOPANAX.

SAGAPENUM, *vide* P. I. p. 131. ad 137.



D 3

II. ALCA.

II. ALCALESCENTIA, ANTI- SCORBUTICA.

ALLIUM *Off. Botanicorum.* Classis Naturalis Li-
liorum. *Germ.* Knoblauch. *Gallis Ail.* *Anglis Gar-*
lick.

Allium sativum, seu *vulgare*, staminibus alterne tri-
fidis, foliis gramineis, capite bulbifero, radicibus in
unum bulbum congruentibus. **HAL.** *Pbtloph.* *Transact.*
Hoc graveolens, acre, subcausticum, salem volatilem
concretum continere **NEUMANN**, penetrabilissimum
esse, ex ulcere olens, **KERKRINGIUS**, ex fudo-
re **PAULIN**. Infusum obstructam urinam solvere
BLAIR, prodeffit calculosis omnium fere expe-
rientia, etiam in prophylaxin sumptum *Ephem.* *N. C.*
HOYERUS, specifice podagræ mederi, **TILEMAN**,
a causa acida; ad vermes expertus laudat **BINNIN-**
GERUS: Est etiam in hydrope diureticum, in colica
carminans, in hysterica passione naribus suppositum
excitans: Ut spiritu frumenti, cui allium infusum, se-
perficet æger in tympanitide, author est **BORRI-**
CHIUS de usu plantarum indigenarum.

ALLIARIA *Off. ERYSIMUM* *Botanicorum.*
Classis Naturalis Siliquosarum. *Germ.* Knob-
lauch-kraut. *Anglis* Jack by the Hedge.

Alliaria foliis cordatis, interno raro usu, externo
ad gangrænam plurima, non omnibus recepta officinis
est.

BECCABUNGA *Off. VERONICA* *Botanicorum.*
Classis Naturalis Ringentium. *Germ.* Bachbun-
gen. *Anglis* Brooklime.

Veronica aquatica, foliis ovatis, racemis laterali-
bus, succo saponaceo aliis antiscorbuticis mitiori, ple-
na,

na, multum in referandis viscerum obstructionibus utilis, etiam in morbis cutaneis, ictero, laudata, in scorbuto maxime depradicatur, sero lactis ad manipulum unum, duos, quatuor, decocta, etiam in succo expresso, defecato, sumpta unciarum duarum mensura, bis ter de die: Adhæc juvat ab acido ortam podagram diu adhibita.

Prostat conserva.

BRASSICA *vide P. I. p. 16. 17.*

CEPA *Off. ALLIUM Botanicorum. Classis Naturalis Liliorum. Germ. Zwibel. Gallis Oignon. Anglis Onyon.*

Allium staminibus alterne trifidis, caule ad terram ventricoso. **HALL.** Aquæ septem octavas partes, & plurimum salis volatilis concreti, destillatum largitur. **NEUMANN**, ut magna vis in aqua stillatitia sit. **IDEM**, Cepæ vires calculum confringendi a plurimis adscriptæ, an vera? Cocti, in cataplasma redacti bulbi, admodum maturantur, etiam bubones **KRAMER**, *Commerce. Litterar. Norsimberg.*

COCHLEARIA *Off. Botanicorum. Classis Naturalis filiculosaarum. Germ. Leffelkraut. Gallis Herbe aux Cuilliers. Anglis Scurvy-grass.*

Cochlearia folio radicali subrotundo, scorbuticis sacra, acrior quandoque, aliis temperanda. **Grøenlandis** ex acetosa, & cochlearia simul crescentibus, in scorbuto salus, **BARTHOLINUS**. Valer etiam in scrotaliterbe, hydrope, asthmate, orthopnoea; specificè diureticam **LINNÆUS** habet. Manipulus femis infunditur seri lactis libræ uni: fucus per chartam bibulam defæcatus, datur cochleatim, solus, vel sero lactis permixtus, ab uncia temis ad unam pro dosi. Succus cochleariae cum vino pressus, præsentaneo ischuriæ remedio fuit, **Ephem. N. C.** *Conservæ* recens utilis: Egregia aqua stillatitia, bona in cancro oris aquatico, ut & *Spiritus.*

D 4

DRA.

DRABA Off. *Lepidium Botanicorum*, Classis Naturalis Siliculofarum.

Lepidium foliis lanceolatis, amplexicaulibus, dentatis, in Austria adeo frequens, nondum officinis recepta, an non tanta copia nascitur, ut a vinis acidis, ortis malis medeatur?

ERUCA Off. *Brassica Botanicorum*. Classis Naturalis filiquosarum. Germ. weißer garten Rauckenſenff. Anglis Rocket. Gallis Roquette.

Brassica foliis lyratis, caule hirsuto, siliquis glabris, acris, graveolens, acetariis stimuli loco additur; vicioides humores incidit, solida stimulat, in asthmate, lethargo, paralysi, hydrope, apoplexia ferosa, laudanda in vino infusa: semēn masticatum apophlegmatisans. In infuso vinoso, feroſo, pugilli tres, Manip. Semis. Pulvis seminum a graniſ decem, ad quindecim pro dosi, etiam liberalius frigidis, datur.

ERYSIMUM Off. *Botanicorum*. Classis Naturalis filiquosarum. Germ. Wegſenff. Gallis Veler. Anglis Hedgemustard. Italis Eryfimo.

Erysimum siliquis cauli appressis, gustu acre, urens, pituitam potenter incidens, morbis pituitosis pulmonum abs febre, plurimum utile. Pulverem feminum contra calculum, drachmæ unius portione, in albo vino valere, FONTANUS.

Syrupus de Eryfimo in asthmate, & lentore acido, egregius.

NASTURTIUM HORTENSE Off. **LEPIDUM** *Botanicorum*. Classis Naturalis siliculofarum. Germ. Garten Krefe. Anglis Garden cresses. Gallis Cresson alenois,

Lepidium foliis oblongis, multifidis, incisis. Acris diuretica planta, valet in iisdem casibus: adsunt etiam præter herbam in officinis semina. Doses priorum,

Aqua

Aqua stillatitia ad vesicæ calculos mire præstans habeatur. HARTMANN. *Praxi Chymiar.*

NASTURTIUM AQUATICUM Off. Botanico-rum *Sisymbrium*. Classis Naturalis *Siliquosa*-rum. Germ. *Wasser-Kresse*. Anglis *Water-Cresses*, Gallis *Cresson*.

Sisymbrium foliis pinnatis, angulofisis, floribus superfolia vix elatis, minus acre cochlearia, omni laude in scorbuto lento majus, **EUGALENUS**, viscidos humores incidit, & per diuresim eliminat, in succo potum, per se cochlearium sumptum, aut fero, aut vino dilutum, uncia semis, unius pondere: Infunditur etiam ad manipulum unum in libra aquæ. Phthisicos etiam curatos esse nasturtii aquatichi, & lactis ebutyriati potu, N. C. *Ephem. Decad. 2.* Anno 8. Iterum ad calculum renum, lapid. Cancrorum drachmam unam, in aquæ nasturtii e succo destillatae uncias duabus cum semisse, probatae virtutis remedium esse, *Ephem. Decad. 3.* Anno 7. 8. habetur. Dum cerevisia dolio aliquot brasificas rubras capitatas, minutum consifas, cum duodecim manipulis nasturtii aquatichi, vel cochleariae, & libra recentis raphani rusticani, infunderent, integras familias a scorbuto curatas, hoc potu ordinario diu utentes, vidit ill. L. B. van SWIETEN. *Comment. T. III.*

Conserua egregia est, *essentia*, *spiritus* laudabilis.

PORRUM Off. *Botanicorum*, **ALLIUM**. Classis Naturalis *Liliorum*. Germ. *Lauch*. Gallis *Pourreau*. Anglis *Leek*. Italis *Perro*. Praeso.

Allium staminibus alterne trifidis, foliis gramineis, floribus sphærice congestis, radice tunicata, cauli circumnata. HAL. *Culinaris* *potissimum*, medicis usibus raro adhibetur, tamen decoctum porri ex potentissimis solventibus calculi, LOBB. habetur.

PIPER INDICUM *Off. CAPSICUM Botanicorum.* Clasis Naturalis Oligantherarum. *Germ.* indianischer Pfeffer. *Gallis Poivre d'inde.*

*Capsicum annum, igneum, rarius datur, hydro-
picas solum & asthmaticis utile, etiam glutinosum spon-
taneum domat. Dosis scrupulosa, ad grana quatuor.
Hominum respirationi noxiun est, suffocat vapor
omnes cimices, araneam, apes, panopres, MAR-
TINET de *Respiratione injectorum.* Piper muscic
lethale.*

SCILLA *Off. Botanicorum. Clasis Naturalis Li-*
*liorum. Germ. Meer Zwibel. Gallus Squille.
Anglis Sea onions.*

*Scilla radice tunicata, acris admodum & corrosiva,
recens viscidos humores potenter incidens, & solida
extimulans. Præparata in asthmate, orthopneia,
lethargo, hydropis tum alia specie, tum illa pectoris,
& aliis morbis multum utilis. Forma pulveris cum
aliis datur, a granis quinque, ad decem; infunditur
etiam a drachma una ad drachmas duas, in vino.*

*Acetum squilliticum, & oxymel squilliticum heroica
medicamenta sunt, vel per se cochleatim exhibita,
vel aliis ad unciam mixta: mane & vesperi bina
cochlearia acetii squillitici calculofus hauhit, & multos
calculos excrevit. Acta N. C. Vol. III,*

SINAPI *Off. Botanicorum. Clasis Naturalis fili-
quosarum. Germ. Senff. Gallis Mustard. Anglis
Mustard. Italis Senape,*

*Sinapis filiquis glabris, tetragonis, semen, maxime
officiniis receptum, acerrimum, corrosivum, externe
corpori applicatum rubefaciens, utile, interne raro
datur. Datur tamen in prophylaxim apoplexiae pitui-
tosæ, HOFFMANN, in curationem lethargi, paraly-
sis. Ante paroxysmum febris intermittentis, major
dosis spiritu juniperi diluta, assumpta, lethalis. L. B.
van*

van SWIETEN. Tamen scorbuticis prodest, CHOMEL. Externe in tubefacientibus, finapisnis, principes, mollieribus, ut unguento de Althaea, pulpa ceterum dilutum, intritum, tineam, & impetiginem sanat, FORESTUS. An tufo, emplastro subactum, faciei, ut haec a variolis immunitis praestetur, imponitur? ut id quidem fieri CL. ROSEN reliquit.

TRIFOLIUM FIBRINUM *Off. MENYANTHES Botanicorum. Classis Naturalis Oligantharum. Germ. Biberklee. Anglis Buch-bean.*

Menyanthes foliis ternatis, multum saponacea, amara, antiscorbutica, & anti-arthritis, per excellen-
tiam dicta, SIMON PAULI, SCHULTZ. Arthritidi præsentantea medicina, BOKELMANN, FRANCI, rheumatismo, podagræ utilis, etiam in nephritis laudatur, L. in obstructionibus, ictero sumnum remedium est, BOKELMANN. & asthmati hypochondriaco præsens subsidium, IDEM; cochlearia, nasturtio, in scorbuto efficacius, IDEM. Notari meretur, antiscorbuticarum vim in humido, & sapido esse, perire siccatis plantis, hinc in succo dandas, usum harum in hypochondriacis, melancholicis utilem. Pulvis radicis acrioris purgat drachmæ pondere. Plantæ manipulus semis infunditur in libra una seri lactis recentis, etiam succus in eodem datur, uncia semis, unius dosi.

VICTORIALIS *Off. ALLIUM Botanicorum. Classis Naturalis Liliorum.*

Allium radice oblonga, reticulo obducta, ad spasmos abdominales gravidarum ex amuleto suspensum laudat HALLERUS. Cæterum ad usus magicos plurimum adhibetur.



III. IN.

III. INCIDENTIA SALINA.

AMMONIACUS SAL. *Off. Mineralogie.* Classis Minerarum. Ordo Salinarum: an artefactarum Germ. Salmiack. Galli Sel ammoniac Anglia Sal ammoniac.

Sal ammoniacum in glebas igne subterraneo concretum, **WALLERIUS.** In Italia, & in Anglia naturale esse creditur, etiam in Calmuccarum regionibus, rupibus accretum inveniri **MODEL**, experimenta & tentamina super nativo sale ammoniaco. German: *Liphe* 1758. Figuræ indeterminatae esse, nec duas sibi similes glebas, friabiles, aqua in integrum solubiles. **IDEM.** Ammoniacum *artificiale*, *vulgare*, solum ex Ægypto ad nos adfertur, ex sterorum animalium, & straminis fuligine sublimata, paratum: docent **LEMAIRE** & **GRANGER** *Acad. de sciences* 1735. ut frustra fuligini arcana addi salem marinum encheireli, **NEUMANN**, **CARTHEUSER**, **POTT**, suspicentur: At unde acidum salis in sale ammoniaco? facile dictu; animalibus, & vegetabilibus inest, **BOERHAAVE**, in fuliginis nostrarum regionum analysi, magnam satis salis ammoniaci quantitatem obtinuit **BOERHAAVE**; sed neque acidum salis junctum fuligini, majorem suppeditat salis ammoniaci copiam, **DU HAMEL** *Acad. de sciences* 1735. Calcis vero siccæ pulvis, additus, majorem volatilis salis copiam producit, quam non additus, **IDEM**. At salis marinæ acidum non facile volatile fit, **CARTHEUSER**; id de acido salis marinæ per se adhibiti manifestum, volatileibus animalium, & vegetabilium partibus incorporati, horum fabrica mutati, non adeo luculentum, quin contrarium evidensissimum in sale nostrorum humorum: adhæc plantæ sale marino plurimo gaudentes combustæ, in cineribus salis marinæ nihil relinquunt. q. e. d.

Principia igitur hujus salis: *1mo* acidum. *2do* alcali volatile urinofum. *3to* inflammabile. Primum, quod aliud,

aliud, præter salis acidum, salēm ammoniacum verum nunquam efformet, docet sal ammoniacum secretum GLÄUBERI, acido vitrilico, & alcali urinoſo factum: docet nitrum flammans, acido nitri & aleali urinoſo exurgens: tartarus solubilis sale urinoſo, & acido vegetabili factus: tum quod sal ammoniacus in aere liqueſcat, salis acidum in hoc demonſtretur, ſatis ſuperque declarant. Secundum odor, dum cum sale tartari teritur, & ſpiritus urinoſus in deſtillatione, maniſtueſt evincunt. Tertium, quatuor partium nitri cum una salis ammoniaci, perfecti detonatio, ſuadere videtur. Eſt vero una circiter pars acidi salis communis ad duas vel tres partes, alcali urinoſi.

Cæterum, quod proprietates ejus ſpectat, in eadem fere, ac ſal gemmæ, aqua quantitate ſolvitur, vulgare aqua ſolutum ſpiritu vini non præcipitatur: irregulare, non facile determinandæ figure, crystallos habet, lanugini ſimiles: cum oleo tartari, aqua calcis, odorem penetrantissimum exhalat; mixtum cum vitrioli oleo vehementer effervescentiam, frigidam tamen, init; cum ſpiritu nitri, aut aqua forti, aurum non adeo ſolvit, quam volatiliſat, licet aquam fortem in Regiam commutet; Ignē avolat, vale clauſo per ſe ſublimatur: deguſtatum linguae frigoris ſenſum imprimit, maxima ſua penetrabilitate omnia pervadit, nec acidus, nec alcaliſus: ſali noſtrorum humorum ſimilimus. Sal ammoniacum fixum ex calce viva, & acido ſalis communis conflaturn.

USUS MEDICUS, ubiunque in fluidis tarditas, in solidis inertia, eximiūs; in morbis lenti, pituitofis, incidenti, attenuandi ſcopo; tum etiam ad diaforeſim augendam, egregius. Dofis a granis quinque ad duodecim, quindecim, vel in pulvere vel cum vehiculo, bis, ter, de die. In febribus intermittentibus pro puerulis dofis granorum quinque ad quindecim, in aquæ ſyllatitiae ſambuci uncia una, vel potu Theiformi, dimidia ante paroxyſmum hora; adultis drachma una multum multis laudatur. Nova Acta Acad. N. C. vol. I.

Ex-

Externus chirurgis celebratissimus, & in suffimigiis, & tomentis ad tumores frigidos. In gargarismatibus, collutoriis etiam, in angina aquosa, tumore glandularum salivalium, linguae paralyse familiaris. Drachmam unam salis ammoniaci crudi, in duabus drachmis succi limoniorum solutam, ad dolores dentium, gossipio hac solutione madido, denti immisso, arcanam suisse,
GODFREY Treasure. &c.

PRÆPARATA.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI intermedio corpore alcalino destillatione liberatus, addita solum aqua, *Simplex Vinous*, affuso simul spiritu vini *Vinosus* audit. Prior summe volatilis inter efficacissima stimulantia, & diaphoretica recensetur, aqua dilutus tantum exhibendus, a guttis quinque ad viginti; externe ad excitandum animo lapsos, naribus admovetur. Vinosus dulcificatus, interno usu multum laudatus **POTT.** Calidior præcedente, eadem dosi dandus dilutus. Est etiam addita anisi vi *Anisatus*, in pituitosis pectoris morbis, asthmate commendatus; tum succini *Succinatus*, in lethargicis & apoplecticis affectibus a cœta frigida utilis. A capite mortuo vero, a destillatione spiritus salis ammoniaci, tam urinosis quam vinosi, residuo, *Sal digestivum SYLVII* paratur, acido salis communis, & alcali fixo, urinoso constans, egregium incidens: Dosis a granis decem ad triginta.

FLORES SALIS AMMONIACI SIMPLICES
Qui cum sale communi sublimantur, inutili in officinis labore, verum sunt sal ammoniacum parum.

FLORES SALIS AMMONIACI MARTIALES
Cum limatura martis, vel lapide hæmatitide facti, multum laudantur in pertinaci mensium suppressione a causa frigida, fluore albo, viscerum obstructionibus. Dosis a granis tribus, ad decem, bis, ter, de die-

SAL VOLATILE SALIS AMMONIACI SICUM, ANGLICANUM vulgo dictum, valde actiu-

vum

Vum, extērno tantum usui dicatum, siccum cum oleis aromaticis stillatitiis etiam oleosum, varium a variis concinnatur: ita familiare est & solenne sal volatile ammoniaci salis siccum, cum oleo majoranae, vel florū aurantiorum, aut cedriño, probe imbuere, & nāribus crebrius offere, quod mire mucositatem colligat, & vigorem sensibus afferet. **FR. HOFFMANN**
de Selectioribus Medicamentis.

BORAX *Off. Mineralogie.* Classis Naturalis Minerarum. Ordo Salinarum: an artefactarum & Germ. Borax. Gallis Borax. Anglis Borace,

Borax depurata, alba, octangularis, semipellucida est, saporis salini, lixiviosi, nauseosi, non alcalini, in aere in farinam fatiscit, in igne facile funditur, fusă intumescit ut alumén, tum in vitrum commutatur: in aqua frigida difficilius, citius longe in calida solvitur, ita tamen, ut semper decem, imo duodecim partes aquae requirantur, ut soluta maneat. Mirandum, Boracis uncias duas pulveratas, cum duplo communitarum crystallorum tartari pulv're mixtas, per quadrantem horæ coctas in uncii aquae duodecim, formam solidam non amplius induere, idem etiam cum tartaro crudo obvenire. Officinalis, encheirèsi Venetis, & Hollandis arcana præparata, sal est medium, quod nec cum acidis, nec cum alcalinis conflictum init, violarum syrumpum non mutat. **LEMERY. NEUMANN.**

Quod acidum in ejus compositionem receptum? non adeo facile dictu. Acidum salis **NEUMANNUS** contra experimenta edixit, vitriolicum plurimis **POTTIUS** probavit; etiam paucis docent, vitrescentia, transitus spiritus salis, in destillatione salis compositi ex borace & fixo sale ammoniaco, transitus spiritus nitri in destillatione ejusdem cum nitro, mercurii ex aqua forti in pulverem flavum præcipitatio, **POTT**, in brunnum **MODELIS**; ut igitur borax, acido vitrilico, terra alcalina vitrescibili, viscido pareo inflammabili commixto, tum demum aqua constet, **POTT.**

Duplex

Duplex alcali, refractarium unum, alterum minerale,
MODEL: prius cum acido vitrioli facit sal sedativum, alterum cum eodem sal mirabile **GLAUBERI**, **IDEM**; ut inde sal commune, vel saltem eius terram boraci inhærere contendat **THUE** prod. *Act. Havnenf.* Unde etiam borax cum carbonibus, aut alio inflammabili fusa non reddit hepar sulphuris, **IDEM**, quin cum sale communi, & aliis simplicibus, arte produxit boracem, *ibidem*, a **POTTO** alienus.

Mechanicus, & chemicus boracis usus multus, non parior medicus, scopo resolvendi, attenuandi viscidos tenaces humores, emmenagogus, antiparalyticus, granorum decem, viginti dosi, gummatis, aut aliis stimulantibus junctis. Pro expellendo foetu mortuo specificum admodum ridiculum est. Externus usus coqueticus.

PRÆPARATA.

SAL SEDATIVUS HOMBERGII ab auctore sublimatione cum acido vitrioli factus. *Acad. des Sciences de Paris* 1702. difficulter in aqua solvitur, **MACQUER**, tepida facile, **CARTHEUSER**. Licit sublimatus non tamen volatilis est, quod ficcus maximo igni resifat, fundatur, vitrificetur. Neque acidum vitriolicum semper requiritur, cum acido nitri, sulcis, etiam conficitur **GÉOFFROY** *Acad. des Sciences* 1732.; nec sublimatione tempet, sed crystallisatione sola opus, **IDEM**; nec acido tosili, cum etiam fieri possit vegetabili, **BARON**, imo abs omni acido **IDEM**. *Recueil des correspondens de l'Acad. des Sciences* T. I. ut sal sedativum, ex conjunctione sola acidi vitriolici, & parte urinosa boracis nasci, dici non possit. Anodinum præstantissimum, nulla praesente inflammatione, laudatur etiam in febribus malignis, in acrimonia alcalina volatili, quam domat, **CARTHEUSER**. Datur forma pulveris a granis tribus ad decem, in mixturiis aquosis ad scrupulum, concentratis solutus sal, ad guttas quadraginta, quinquaginta, sed tum febris abesse debet. Sal hic omnibus in officinis non habetur.

KER-

KERMES MINERALE. vide P. III.

NITRUM *Off. Mineralogorum.* Classis Naturalis
Minerarum. Ordo Salinarum. *Germ.* Salpeter.
Gallis Salpetre. *Anglis* Salt Petre.

Nitrum prismaticum hexaedrum, in igne flagrans. Nistrum a nitro vel natro veterum, quod erat sal alcalinum, distinctum, cognitum non fuit veteribus. An in aere nitri matrix? experimenta MARIOTTE, LEMERY, *Acad. de Sciences* dum repugnant. At oleum tartari per deliquium aeri expositum, in salem medium, tartarum vitriolatum concrescit (quod multi negaverant) PIETSCH, & loco expositum, in quo corporum putrefactio sales volatiles urinosos producit, in verum nitrum convertitur, IDEM; quid? quod ex aquæ pluviae majori quantitate spiritus vitrioli omni dote præditus elicatur, IDEM, tum *C. MARGGRAF.* l. c. p. 297.

Tam naturæ, quam artis productum hocce sal, generatur, dum terram calcaream imprægnat acidum vitriolicum, tum vel vegetabilibus, vel animalibus nubit, & per putrefactionem inflammabili, & urinoſo principio ita mutatur, ut sit jam particulare nitroſum. Et primo quidem, quod acidum nitri acidum vitriolicum sit, hæc argumenta sunt: maxima similitudo acidi nitri & spiritus sulphurei volatilis; ex spiritu enim nitri cum oleo terebinthinae obtinetur balamus sulphuris, & ex duabus partibus nitri crudi, aqua soluti, una vitrioli, spiritus sulphuris per campanam, *C. PIETSCH* *Dissert. sur la generation du Nitre, qui a remporté le prix de l'Academie de Berlin.* Secundo, quod huic inflammabile principium insit, docet nitri puri inflammabilitas, spiritus nitri exhalatio, salis urinosi exhalationem contingens, in flammanum erumpens, accensio ejusdem cum oleis stillatitiis &c. IDEM. Utrumque principium nitro inesse hæc demonstrant: quod verum nitrum ex spiritus vitrioli, urinæ putrefactæ, calcis vivæ, miscella generetur, IDEM, etiam ex permixtis lixiviis ab antimonio diaphoretico, antihectico *POTERII*, & cerussa antimonii, elotis, residuis adjecto spiritu vini, nitrum obtinuisse BRENDE LIUM,

LIUM, aliū addunt, haud convincente experimento. Verum inflammabile hoc principium ab acido separari posse, separato, acidum superesse salis communis, **KUHNST.** *Act. N. C. Observ.* 138. *Vol. VI.* notavit; veritas adhuc latet. Acidum nitri sal minerale non esse, nec ejus vestigium in terrae visceribus deprehendi, **BOURDELIN** *Acad. de Sciences* 1742. etiam edixit.

PRINCIPIA igitur nitri quod spectat: I. Acidum vitrioli debilitatum phlogisto salium alcalinorum. II. Terra calcarea alcalina copiosa. III. Aqua. Ex parte phlogistica uniente terream acidæ, est, quod acidu nitri debilioris, non facilis etiam a fortiori acido vitrioli, expulsio: ab aliis alia, *C. PIETSCH.* I. c. Acidum nitri non expellit acidum salis, quod tota chemia affumperat, **SCHULZE**. Dum duæ unciae salis marini fumuntur, & spiritus nitri fumantis uncia una, facto processu spiritus nitri obtinetur, omni dote prædictus, & in retorta merum sal commune habetur, **IDEM**, non nitrum cubicum; & in tentamine suo *C. MODEL* guttas aliquot puri acidi salis obtinere non potuit, licet inde productus spiritus hoc esset mixtus, quod argentum non aggrederetur, **IDEM**. An hic spiritus ex utroque acido constans, erat aqua regia? sed negue aurum solvebat, **IDEM**, residuum erat sal commune. Limitanda tamen etiam hörum virorum experimenta esse, nuperrime novis tentaminibus docuit *C. MARGGRAF* *Script. Chem. Germ. Berolini* 1761. & acido nitri certo expelli acidum salis, & nitrum cubicum obtineri, modo debitæ proportiones serventur, p. 147. 149. & contra, acido salis tam ex nitro cubico, quam prismatico, acidum nitri expelli. p. 160.

PROPRIETATES. Nitrum purum levissimum salium, marino liberum in aere siccum manet, in aqua solvitur, totum leni igne funditur, & per crucibulum transit, cum carbonibus fulgurat, parum carbonum relinquit, sponte tamen non inflammatur: non est acidum, nec alcalinum, licet utrumque elici possit: degustatum frigiditatis sensum cum amarore linguae imprimit. Acidi maximam quantitatem post vitriolum in sinu

sinu suo fovet, illud vaporum rubrorum forma folium transit, tanta quantitate, ut, si oleum vitrioli sumtum, dimidia fere nitri adhibiti quantitas obtineatur. Tum etiam alias longe diversas proprietates id acidum habet. Argentum, seu purum, seu cupro permixtum solvit; concentratum acidum cum multis oleis, tam stillatitiis, quam pressis, luculenter ardet, stillatitiis gravissimis per se, pressis vero, oleo vitrioli actuatis. Sunt etiam, cum quibus fumat; facit id etiam debilius super rebus inflammabilibus abstractum, adhuc camphoram in oleum fundit &c. Ut ex lixivio nitri, addito oleo vitrioli, catharticum sal confici possit, docuit *Cl. PIETSCH* *Dissert. citat.*

VIS nitri attenuans, solvens, in inflammationibus proficia, utique & sanguinem fluidorem, & rubicundorem reddit! **SCHWENKE**: etiam aestum antiphlogistica compescit, **BOERHAAVE**: adhuc diuretica aquosis mixta, ut aquis medicatis in corpore restitutibus addatur. Dosis in libra aquæ drachma semis, una.

PRÆPARATA.

ARCANUM DUPLICATUM acido vitrioli & parte alcalina nitri conflatum, sal commune plerumque recondit; docet spiritus per additionem arenæ elicitus, mercurium sublimatum colore albo præcipitan, & aurum foliatum solvens, aquæ forti mixtus. Ceterum ejusdem, ac præcedens, usus, nec ipsa dosis diversa est.

MAGNESIA ALBA NITRI. Ex lixivio a nitr crystallisatione residuo, evaporato, calcinato, paratur, calx creta similis, nullius odoris, nullius saporis, albissima, serum tamen corporis movens, & lympham solvens, certo experimento. **HUNDERTMARK de Saccharo Saturni.** Sunt, qui inutilem dicant, haud certa autoritate **NEUMANNI**, IDEM. Absorbens est, acido laborantibus utilis, cathartica, etiam pueris, a gravis quinque, ad decem, in lacte datur: adultis a drachma semis ad drachmas duas, unciam semis, **HUNDERT-**

E 2

MARK,

MARK, etiam a drachma semis ad unam, bis, ter, de die **PRAXIS**; est etiam diuretica, sudorifera, in humorum acrimonia, minori dosi scrupuli unius bis, ter, de die sumta, **HUNDERTMARK l. c.**

NITRUM ANTIMONIATUM, acido vitriolico, & parte nitri alcalina pro maxima parte constans, est arcanum duplicatum, nitro, & regulo inquinatum. Usus priorum.

SAL PRUNELLÆ, seu nitrum tabulatum, cum exigua sulphuris quantitate paratum, minus nitro refri- gerat, ad anginas inflammatorias, gargarismatibus drach- mæ semis vel unius dosi additum, valet.

SAL POLYCHRESTUS. Acido sulphuris, & basi nitri constans, sal enixum, resolvendi, & abfergendi, scopo datur, a granis decem ad viginti in pulvere: A granis viginti ad drachmam in libra decocti solventis.

SPIRITUS NITRI ACIDUS, omnium mineralium maxime causticus, corrosivus, dilutus dandus. vide *Venena*.

SPIRITUS NITRI DULCIS. Ad sui dulcificatio- nem majorem alcoholis vim depositit, quia acrior. Ad minimum quinque partes addi solent: bene custodien- dus vase clavo, temporis successu etiam acrior evadit, ut sepe de novo dulcificari debeat. Criterium, perfe- cte dulcificatorum salium acidorum, est horum ab ad- ditis salibus alcalinis, quies. Dosis a guttis decem ad triginta, de viribus alibi.

SAL GEMMÆ, MARINUS, FONTIUM Off.
MURIA Mineralogia. Clasis Naturalis Mine- rarum. Ordo Salinarum. *Germ.* Berg-Saltz, See- Saltz, Brunnen-Saltz. *Gallis* Sel gemme, Sel commun, Sel de Fontaine.

Muria fossilis pura sal gemmæ, muria marina sal ma- rinum, muria fontana, sal fontium definitur. Sitne sal marinum

marinum cum sale gemmæ idem, ut in *Actis Regiis Pa-*
rii. 1702. HOMBERGIUS? magna dubitatio.

S. GEMMÆ purum, cubicum, semi diaphanum, aqua non facile solubile, ab alcali, fixo, aut volatili non præcipitatur; contra marinum, & fontanum, quod aqua illico referandum, alcali fixo, & volatili, ejicitur ex solutione alba: Sal gemmæ solidum, modo album, cinereum, quale Polonicum, Transylvanicum, Hungaricum, modo rubrum, cœruleum, quale Hispanicum, ex fodinis, faxorum in morem, ferro exscinditur.

USUS ejus in clysmatibus apoplecticorum, lethargicorum, ubi excitandum, stimulandum, revellendum, fatus efficax; a drachma una ad unciam semis, unam præscribitur.

SAL MARINUS per maria ubique distributus, majori quantitate sub æquatore, minori sub polis reperiundus. Triplici artificio, ex aqua marina, sole, igne, frigore, chemicam evaporationis operationem ab solventibus, obtinetur. Prima Hispanis, Portugallis, Cretenibus, Gallis, familiaris methodus; altera solis Gallis, tertia septentrionalibus populis propria. Sal in lacubus, fossis, sole vel frigore chemicis, concretum, sapidius, & ad usum culinarium, & medicum excellentius habetur, excoctum igne deterius, amarius. Omne sic præparatum, additis aliis despumatum, in crystallos albicanes cubicas concretum, depuratum dicitur, id vero raro ita depuratum est, ut non multis aliis infectum; docet pura solutio salis tartari fixi, quæ hujus criterium, MARGGRAF. Cæterum aqua marina diversis Sueciæ locis diversam quantitatem salis largitur, modo unam trigesimalam, modo unam decimam sextam, modo unam decimam, SWEDENBORGII *Miscell.* vix majorem ad littora Hollandica, ad Hispanica spectabilem, WALLERIUS *Hydrolog.*

PRINCIPIA salis communis magis universalis acidi, quam acidum vitrioli primigenii, THUE *Prod. Act. Havmensem.* 1. Acidum duplex, hoc fixius, illud volatile.
2. Terra specifica alcalina, POTT. Duplex statuant genus

genus alcali alii, unum terreum, aliud salinum, satis convincinge argumento, quod cum acido vitrioli tartarum vitriolatum, cum acido nitri nitrum cubicum efformet, dum simplex terra alcalina id nunquam facit. CL. PIETSCH *Dissertation du Nitre qui a remporté le prix*. Effetne tamen in sale solum unum genus alcali, idque salinum? Experimenta MARGGRAF, decretoria fere. Vide I. c. p. 167. seq. & est sal hoc alcali minerale distinctum ab omni sale alcalino fixo, IDEM.

Cæterum sunt, qui sali communi aliquid terræ inflammabilem adhuc inesse, non abs fundamento suspicantur, referente THUE *Prod. Åt. Havnenſ.* quod tamen alii minime perspicunt. Fixum acidum an vitriolicum? an specificum? multa in utramque partem argumenta sunt POTT. MACQUER. Aliud magnæ teneritatis, & volatilitatis acidum est, cum iterata solutio salis commune cadaver terreum in experimento exhibeat, igni expositum salis commune per se acidum brevi dimittat, & sic omnem suum spiritum repetito opere largiatur. POTT. *Observ. Chem. coll. I. p. 9. MACQUER. Mem. de l'Acad. des Sciences 1738.*

Quod proprietates ejus spectat, in aere humescit, nitro etiam, quo plerumque inquinatur, promptius in aqua solvitur, in igne diffilit, crepitat cum fragore, & in pulverem gryseum fatiscit, tum sal decrepitus dicitur: fortiori igne funditur, abs sui imminutione diu superstes, alia fluida reddit, & illa in fluore conservat. Cum borace non ut alia salia spumat, quod magnam affinitatem indicat: alia prius dicta sunt. In corpore animali perficit immutatus, in urina demum demonstrabilis, tum, & in illis reperitur, qui nunquam affumptere, POTT, valide tamen corpus mutat, rigidiori stimulo febrim excitans, etiam acrimoniam muriaticam ponens.

USUS antisепticus, condens, in œconomia humana, & medica multis, gangrænam figit, fugillatas, contusas, quassas partes stimulat, extravasatos humores resolvit in fomento; additur adhuc stimulandi, & discutiendi scopo pulveribus includendis fæculis, cataplasmatibus

matibus &c. Est etiam apophlegmatisans. Sale hoc imprægnata aqua, fere ad eadem valet, ad morbos glandularum perfanandos eximia inventa. RUSSEL proprio libro *de aqua Marina*.

PRÆPARATA.

SAL DECREPITATUS aquæ vel maxime bibulus, curibus hydropicorum calide applicatus utilis, sed usus ejus cætus esse debet.

SPIRITUS SALIS MARINI acidò vitrioli expulsus, acidissimus, putredini potenter resistit, in scorbuto aquatico oris, specificus, tripla aquæ quantitate dilutus, aut etiam purus pennicillo pustulis gangrenosis applicatus, L. B. van SWIETEN. Ad hernias olim in Galliis laudatus, vino rubro sumtus, GEOFFROY *Mat. Med.* effectus hodie non respondet; tum ad calculum renum dissolvendum & expellendum, in vehiculo convenienti, IDEM *ibid.* datur efficaciter in diarrœis, dysenteriis biliosis, patridis, dilutus in vehiculo ad gratam aciditatem. Mixtura ex uncis duabus salis cum una olei vitrioli facta, superfusis duabus uncis olei terebinthinæ, destillata dat spiritum salis oleo terebinthinæ mixtum, qui ab aqua purus redditus laudatur ut optimum topicum, quod arthritidem fixam, paralysum, & alios morbos sæpe curâ, & tumores duros calcarea materie refertos resolvit fertur. *The Gentleman's Magazine for Sept. Decemb. 1752. 1753.* Cæterum pulmonibus plurimum infusum hunc spiritum Fr. HOFFMANN *de Medicamentis Selectioribus* habet. Spiritus salis pernionibus applicatus laudatur. *Recueil périodique &c.*

SPIRITUS SALIS DULCIS. In doloribus, spasmis, flatibus, egregie anodinus, etiam diureticus, a guttis decem ad triginta dandus, saccharo instillatus, vehiculo dilutus. Cum charta emporetica caute cuti applicatus hirsutiem tollit, crines extirpat *Illust. ROSEN.*

SAL MIRABILE GLAUBERI; Sal enixum est, acido vitrioli juncto bafi salis communis constans; a

E 4

tarta

tartaro vitriolato diversum figura crystallorum, & faciliiori in aqua solubilitate, incidens est; dosis agranis viginti ad drachmam unam.

SAL DIGESTIVUS SYLVII. Falso sal communne regeneratum, ex acido salis in sale ammoniaco praesente, juncto alcali lixivioso tartari exurgit, distinctus est ab ipso sale communi ratione baseos. Acidum, quod huic sali communi regenerato inest, ab acido nitri certo expellitur, quod tamen non expellebatur ex sale communi, adeo facile in experimendo *Cf. MODEL*, quippe acidum nitri, ardentius in amplexum alcali fixi vegetabilis, acidum salis in conjunctionem alcali mineralis ruit, *IDEUM de Borae p. 18.* sed etiam in hoc experimendo paucum obtinetur nitrum cubicum *IDEUM*, miro sane spectaculo! Experimenta *Cf. MARGGRAF* de sale communi regenerato, fere eadem sunt: ab acido nitroso obtinuit nitrum prismaticum, ab acido vitrioli tartarum vitriolatum, non sal mirabile, quod falso edixerat *NEUMANN*. Ceterum sal hic multum laudatur in primarum viarum glutinosa faburra incidenta, etiam in febribus intermittentibus, sumptum bihorio ante paroxysmum, calefacto per theiformia corpore: dosis drachma una.

Ultimo demum nec id ignorari debet, plurima familia adhuc naturalia ex acri, sulphureo, lixivio, residuo in ahenis post coctionem, & crystallisationem salis communis, educi posse. Et quidem.

1. Sal mirabile nativum.
2. Sal ebshamense nativum.
3. Sal quoddam, quod refert boracem & sal gemmæ.
4. Tartarus vitriolatus nativus.
5. Sal commune, cuius crystalli fulgore ipsos æmulantur adamantes.
6. Sal commune referens sal ammoniacum.
7. Bona portio spiritus salis sulphurei.
8. Sal seleniticum cum terra calcarea cruda.

THUE Prod. Act. Havnien.

Ad

Ad hanc Classem pariter spectant.

SALES ALCALINI FIXI. *Vide Venena.*

SAL TARTARI *Ibidem.*

SALES ALCALINI VOLATILES. *vide Ven.*

SALES VEGETANTII USTULATORUM.

ABSYNTHII.

STIPIT. FABARUM.

GENISTÆ

SULPHUR ANTIMONII AURATUM vid *antim.*

TARTARUS VITRIOLATUS. p. 44.

TERRA FOLIATA TARTARI ex acido oleoso
aceti, & alcali lixivioso constans, alias etiam tartar-
rus regeneratus, arcanum tartari, & sal essentiale tar-
tari dicta, saponis mirabilis species est, qui omnibus
quibuscumque liquoribus miscetur promptissime, vel in
ipso alcoholi vini facile dissolubilis: hinc omnia gum-
mata resinoſa, oleoſa, viſcoſa, ſive animalia, vegetabi-
lia, ſolvit optime, imo laccam, ſuccinum, myrrham, tena-
cifima certe corpora, HUXHAM *de confitut. aeris*
brevi in aere deliquescit in liquorem terre foliatæ
tartari. Ni aceto destillato in hujus confectionem uſus
ueris, nunquam conficies sal fluens ad ignem ceræ in-
ſtar, in ſpiritu vini rectificato ſoluble, ac in modum
talci ſpendens, & foliatum. HUXHAM. Non adeo
volatilis eſt, ut multi credunt, imo eosque igni reſi-
ſtit, donec omne fere acidum evaporetur tandem, ſale
ſolum alcalino fixo manente, IDEM.

USUS MEDICUS. Multum multis deprædicatus ad
lentos pituitos humores diſolvendos, obſtruções re-
ferandas. Dofis a granis quindecim ad triginta in haufū
decocti ſolventis; vix ullam habet acrimoniam hoc re-
medium, æque tuto pleuriticis, ac hydropticis exhiben-
dum, HUXHAM. Huc etiam revoca lapides cancro-
rum aceto, vino ſolutos, ſpeciem ſalis medii facientes.

TARTARUS TARTARISATUS ex acido tartari,
& ſale lixivioso factus, parum a terra foliata tartari

E 5

diverſus,

diversus, salibus mediis aliis tenerior, hæc etiam vir-
tute superat, in ictero, viscerum obstructionibus, ea-
dem dosi.

SAL SEGNETTI ex acido tartari, & alcali sodæ
crystallisatum: dosis eadem.

SAL VEGETABILE ex acido tartari, & basi sa-
lis marini, alcali minerali, crystallisatum, **MACQUER**,
crystallis parallelepipedis planis, in Gallia multum
in usu: dosis eadem.

TARTARUS SOLUBILIS ex acido tartari, & ta-
le urinoſo conflatuſ, cum ſale ſecreto **GLAUBERI**
multam affinitatem habet, facile in aere diſfluſit, in ipſo
ſpiritu vini ſolubilis, etiam in igne ſemi volatilis eſt.

Aliæ adhuc species tartarorum ſolubilium aliis factæ,
ex acido tartari & alcali Boracis, **LE FEVRE**, **LE**
MERY Acad. de Sciences. Cum calce, creta, oſtra-
codermatis calcinatis, non calcinatis, **DU HAMEL**,
BOULDUC, **GROSSE**. Omnes vero ſolubiles tar-
tarri, facti crystallis tartari & ſale alcalino, omnibus
acidis decomponuntur, nequidem acido acetii excepto,
& refuſcitantur crystalli tartari.

TINCTURÆ Horum Simplices & Compositæ.

TINCTURA TARTARI ſale tartari, & ſpiritu
vini conſtaſs, antacida, aperiens: dosis a guttis de-
cem, ad trīginta in vehiculo.

TINCTURA MARTIS TARTARISATA.

TINCTURA ANTIMONII cum liquore nitri fixi
vide *antimon.*

MERCURIUS. Varia ejus præparata. vide *Siala-*
gogia.



EX

*Agua medicata saline. vide
purgantia.*

EX ANIMALIBUS.

FORMICÆ *Off. Entomologorum.* Classis Naturæ Insectorum. Ordo Hymenopterorum. Germ. Ameisen. Gallis Fourmis.

Formica thorace compresso, ferrugineo, capite & abdome nigris, contrita odorem penetrantem spirat, examine chemico duplex sal habet, acidum unum, alcalinum aliud, HIÆRNE; & unciaæ tres formicarum mundarum imo. unciam dimidiæ liquoris aciduli. 2dæ unciam dimidiæ liquoris pellucidioris, magis acidæ. 3tæ tres drachmas liquoris clarioris, etiam magis acidæ. 4tæ spiritum minus acidum, cui jam olei, & salis volatilis aliqua pars admixta erat. 5tæ Sal copiosum in collo retortæ, largiuntur. Oleum æthereum inesse NEUMANN, etiam MARGGRAF, *Acad. de Berlin* 1749, spiritu vini tartarisato solum solubile, phosphorum solvens, non acidum: etiam aliud unguinatum, pressione eliciendum, omni dote aliis oleis pressis simile. Acidum harum sali alcalino mixtum, salem medium constituit.

USUS MEDICUS, totius nidi cum infecto, in paralysi, artuum tremore, atrophia, in balneo utilis, interne spiritus formicarum acidus magnum stimulans iisdem morbis, & ubi in parte, vel toto motus augendus, valens, gutt. viginti, ad quadraginta dosi. Externe etiam dolentibus a rheumatismo, arthritide partibus in declinatione illinitur.

LUMBRICI.

MILLEPEDES

Huc refer ex diversis naturæ Regnis petita olea empyreumatica, quorum non nulla interne, & externe administrari possunt; talia sunt

OLEUM SUCCINI.

LIGNI GUAJACI.

OLE.

OLEUM BENSOINI.

EBORIS.

UNGULÆ ALCIS.

CORNU CERVI.

SANGUINIS,

ANIMALE DIPPELII.

Atque hoc quidem ultimum, oleum est sanguinis empyreumaticum, destillatione solitaria duodecies abstractum, ad spiritus propemodum subtilitatem deducatum. Multum olim laudavit Author in epilepsia, arthritide vaga, podagra; utile in iisdem morbis etiam recentiores comprobarunt; ita in tuberculis post morbos arthriticos, in exostosibus, tophis, induratis glandulis, epilepsia symptomatica, & morbis spasticis, tam interno, quam externo usu BAUMER *Act. Acad. Mogunt.* T. I. Oculi suffusionem incipientem, eo curatam, confirmatam imminutam, IDEM *Ibid.* Anodinum esse, & placidum somnum etiam per viginti quatuor horas inducere cum euphoria, HOFFMANN *Obser. Physic. Chemic.* Post hos anodinum, antispasmodicum, discussiens, diaphoreticum, tam interne a XX. ad XL. guttas datum, quam externe spinæ dorsi inunctum. C. VENEL in *Quaestione IV.* pro *Cathedra Medica vacante Monspelensi*, dixit.



CLAS-